



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Religiosus quidam manu fere paralyticus sanatur ad B. V. voto confugiens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

ro mater eius ipsum B. Virgini Camberonen-
si deuouit peregrinum, visum cum pristina sa-
nitate recepit. Postea relictis parentibus, ipsi-
que etiam inuitis in alienas terras, easque
longinquas, peregrinationis ergo transtulit.
Eius autem absentiae mater plurimum con-
dolens, non sine lacrimis ad B. Virginem co-
fugiens eius opem suppliciter expeuit, tanta-
que instantia eandem inuocauit, vt tandem,
diuina disponente prouidentia, acciderit mu-
lierem quandam occurrisse adolescenti, si-
mulque eum monuisse vt sine mora ad ma-
trem rediret, quae eius causa assiduas funde-
bat lacrimas. Adolescens faeminam minimè
agnoscens respondit se orphanum, nihilomi-
nus tamen ad propria redijt, ubi per septenni-
um in alienas terras migrarat. Ad reditum
autem eius pia mater tota exhilarata, eundem
ad aediculam miraculosam Camberonensem
lata deduxit, secum deferens cereum dua-
rum librarum pondere cum vno quadrante,
filiumque suum voto fecit eidem peregrin-
um.

RELIGIOSVS QVIDAM MANV
fere paralyticus sanatur ad B. virgi-
nem voto confugiens.

CAPVT XXII.

I 7 FRA

Frater Lambertus ita intumescens & miserè affectam sinistram gestabat manum. vt ignorans quo sibi vltra vtendum foret remedio, permiserit chirurgo eam incidere, & de facto carnis non minimas particular præscidit: sed inde nullum sensit doloris, quo premebatur, leuamen. Cum ergo eores deuouisset, vt manus suæ vsu se penitus priuandū existimaret, ad gloriosam Virginem, que hic in honore est, extremum per fugium habuit, ac, seipsum illi piè deuouendo, manum ceream promisit, & illicò sanus factus est.

*MVLIER PEDIBVS PARALYTICA
vires pristinas resumit, voto eidem
piè facto.*

CAPVT XXIII.

Idem frater Lambertus affirmabat se famam quam quandam vidisse ex Theusia, ad cō præ morbi grauitate viribus impotentem, vt in pedes stare nullatenus posset. Quod ipsam permouit vt voto peregrinam se faceret B. Virgini Camberonensi cum oblatione duarum tiliarum cerearum, sicque protinus corroborata ac etiam sanata est.

IVVE